

Letter 288: 10 June 1526, Strasbourg, Capito to Nikolaus Prugner

Printed in QGT 7, pp. 54-5, no. 50.

Hodie textor noster occlamavit in primo templo Mattheo. Postquam ille, lecto textu
Deuteronomii, *Dabo vobis coelum ferreum*, adiecisset “Videte quid ferat inobedientia,” ille mox
oblatravit: “Tu es inobediens spiritui sancto, contra quem mentiris; illius virtute praecipio tibi
discedas, et sine me, quae spiritus velit, dicere.” Miseret me hominis illius, qui tam furiose ad
5 nomen affectat. Quid in causa esse dicam ignoro, quam superbiam et vanitatem. Spiritus Domini
non est tumidus neque mentitur, sicut nunc saepe minimo mendacio deprehensus est. Puritatem
christianismi diligenter inculces et operae precium facies. Age, obsecro, fidelem evangelistam.
Ceterum hic omnia adhuc salva. Vale. Ductus est iterum ad custodiam publicam. Saluta ex nobis
praefectum loci et fratres.
10 Capito.